

T Y

Plutarchus cap. 2. de Naturalibus causis. Barbarus differre existimat a Typha, quæ frumenti genus est, & per literam iota scribitur. De quo uide illius Corollarium dictione, Typha.

Typha tritico similis, ut inquit Manardus, paruum triticum nominatum. Locus est lib. 12. epist. 6.

Typhodes, febricula quæ iocinori sacris ignibus correpto prouenit.

τυφώμ. Lege, Fulmen.

τυφώνια, genus delirij cū furore mixtum.

τυπικός, περιδικός, idem.

τύπος, uel nympa, cauitas quæ est in labro superiori.

Typus, est incensionū, remissionum uel statuta percussio. Velsic,

Typus est tempus passionis, quod ad accessionem & intermissionem fieri contingit.

T Y R

Tyria, morbus alopecix, secundum Halibbatem, & Auicennam.

Tyriamethystus, purpuræ genus: sic dicitur a colore amethystino.

Tyriamethystus color. lege, Color uarius.

Tyrinon syluestre, Chelidonia minor. De qua uide Dioscor. lib. 2. cap. 201.

Tyrius color. Lege, Color uarius.

τύρσος, ἢ τυρόεις, Caseus. Theo. ἢ τυρόευτα μέγαμ λευκοῖο γάλακτος.

τυρός ἵππιος, caseus equinus.

τυρός νεαρός, recens caseus.

τυρόεις, de lacte proprie dicitur, quādo densatur, coitq; in caseum.

V A C

**V**acerras dicunt stipites, & perticas, ad quas equi religari solent.

Alibi docet Columella, Vacerras appellari genus clauorū, accipiq; pro longurijs, siue perticis. Columella libro sexto. capite. 18. Erat & apud antiquos Vacerra nomen maledicti.

Vaccina fames, βουλίμσος græce.

Vacia uocatur, cū in exteriorē partem cruris flectitur: Varus autē est, cui contrariū sit.

Vacillatio, apud Auicennam morbus oculorum, quē Græci uocant τάρραξιμ, de quo lege dictionem Taxaxis.

Vacinum, Hiacyntus, apud Dio. li. 4. c. 66.

Vacuum, est locus nō repletus corpore, natus repleri. Secundo, est dimensio omnia in se corpora non cedendo recipiens. Ter-

V A

tio, quod corporibus immersum plenum non est.

V A G

Vaginam uocant herbae, id, sub quo herba ipsa latet.

V A L

Valentia, Artemisia tenuior. Barbarus in Corollario.

Valerij Flacci Viterbiensis, solum nomen lego, & quod sub Xisto. 4. floruerit, insignis eruditionis iuuenis, qui ante maturā aetate naturæ concesserit: palam indicans, nullam artis cognitionem tam præcellentem esse, nullum etiam pharmacum, quod uitæ terminum præstitutum queat remorari.

Valetudinarium, locus quo egroti curantur, eleganti uocabulo nūcupatur. Seneca. Omnes in eodem ualetudinario iacemus. Mos hic prope peculiaris est religiosorum, ut Valetudinarium etiam templatum habeant, quo infirmi continentur ac curantur. Columella lib. 11. cap. 1.

Valgi uocantur, qui altrinsecus prominentes suras habent, & in diuersum actas: quales cancri habent & lacertæ, teste Aristot.

Valuuli, folliculi leguminum. Item,

Valuuli, sunt folliculi & siliquæ fabarum: quasi Valliuoli dicti, quia uallo fabis excutiantur. Colum. lib. 2. cap. 12.

Valgi. Vide, Varipedes.

Valgiare, Ibidem.

Valgium, Ibidem.

Valgius, post Catonem, inquit Plinius, Romę tentauit quidem scribere quædā in medicina, homo non solum eruditus, uerum etiam spectatus: sed repugnantibus satis, nihil effecit. Plinius libro. 28. cap. 2.

Vallatur, hoc est, statuminibus fulcitur uitis. Viduatur item, quando emoritur: quæ instar mariti sit. Statumina autē uocantur adminicula, pali, pedamenta, quibus statuitis tenera, atq; fulcitur: & ita intellige exponere statumina apud Columellam hæc uoce crebrius utentem. Apud Vitruuium statumina, & statuminationes capiuntur pro solidationibus pauimentorum, & statuminare pro munire, ac solidare. Colum. lib. 4. cap. 2.

V A N

Vanni, sunt cribra quibus frumēta purgantur. Vnde uerbum Varronianum, Euanare, quod est, per Vannos expurgare. In

## V A

codicibus Varronis perperā legitur euannatur, cum recte legendū sit, euannatur. De Vanno ait Poeta: & mystica uannus lacthi.

## V A P

Vapor, est humor extenuatus. Vel, Vapor est ab humido in spiritum, aeremque ui caloris urentis facta secretio, quæ made facere queat. 4. Meteor.

Vaporatorium cubiculum, ein Badstüb.

Vappa, uitium uini, fit cum iterum sponte musta feruent.

## V A R

Varicosus, parastata, meatus seminarius, apud Galen. lib. 1. de Semine.

Varix, dilatatio uenæ est, quæ interdum in temporibus, interdum in uentre sub umbilico, quandoque circa testes, præcipue uero in cruribus euenit, atque ut plurimum a melancholico humore. Paulus lib. 6. cap. 32.

Varices, omnes Græcorum Medici Cirsos uocant, a Cirsio herba, quæ illas potissimum curat: alioqui Plutarchus & Aristoteles multis in locis *ἰξίας* uocant. Fiunt plerumque ex atræ bilis materia. Suntque Varices (quorum sectione, quemadmodum Cicero in Tusculanis quaestionibus testatus est, C. Marius rusticanus homo, & plâne uir, ligari se uetuit, cum nullus ante eum solitus diceretur sectus fuisse) uenarum dilatationes, quæ aliquando in temporibus, nonnunquam sub umbilico in imo uentre, sæpe circa testes, frequentissime autem in cruribus fiunt. Et quoniã Varicum huiusmodi dolorib. Cirsion (cuius meminit Dioscorides libro quarto) medetur, ideo a beneficio nominis honorẽ eũ inuenit. Marcello Vergilio homini sane doctissimo uidentur Medicorum esse uocem Cirsion, quo totum hoc genus toto corpore dilatantiũ se uenarum cõplectuntur, Ixias autem in cruribus tantum factas dilatationes.

Variculæ, idẽ quod Varices; nec aliud sunt, quam intumescences plus æquo uenæ, in temporibus, in uentre, in testibus, in inguine, & potissimum in cruribus.

Varipedes, incuruis, obtortisue cruribus, autore Festo, Nonioque. Græci appellant *ῥαίβης* ex Polluce. Valgi autem sunt, qui diuersas furas habent, hoc est, in diuersum actas, quos Græci *βλαίβης* uocant; cuiusmodi lacertarum pedes sunt, quorũ uideli

## V A

cet pars intra cõditur, pars extra procedit. De qua similitudine instrumentum quoddam rusticũ ad areas complanandas, Valgium Plinius appellat fortasse, lib. 17. Alioqui et sermo agrestis ualgiare usurpat hodie, pro eo quod est pauire, cõæquareque omnino. Id fere uideretur esse, quod & Cato ait: Comminuito, inquit, terram, & cylindro, ac pauicula cõæquato.

Varius color. Lege, Color uarius.

Vari, apud Celsum lib. 6. maculæ sunt oris, ut lenticulæ, & *εφειλίδες*. Vnde homines uarij dicti sunt. Atque sic intelligendus est locus Quintiliani lib. 6. ubi Cicero iocũ tractauit. Miror quid sit, quod pater tuus homo constantissimus, te nobis uarium reliquit. Vbi intelligi uoluit, uaris in facie distinctum.

Vari etiam sunt pedibus incuruis, & in se contractis: cuiusmodi spardones, & castratos uidemus. Vnde etiam Varæ manus. Ouidius. 9. Meta. Tenuique a pectore uaras In statione manus, id est, incuruas.

Varix uocatur, cum uenæ longiores fiunt in coxis & cruribus, quod ex crasso & melancholico humore cõtingit. Galen. lib. 6. Aphor. 21.

Varos uocant omnes cicatrices, & callum male curatarum pustularum, quæ in pueris, & intra septennium plerumque in toto corpore, præsertimque in uultu fiunt. Eos Paulus Aegineta dixit esse exiguos & duros in uultu tumores. Qua descriptione uidentur non pustulas, sed ex pustulis illis relictas cicatrices indicare. Duoque eorum genera facit: alterum simplex: alterum eorũ qui in callum durati sunt.

## V A T

Vatij sunt, qui pedes extrorsus obtortos habent; idẽ fortasse qui Valgi. Lege, Valgi.

## V C H

Vchinastrum, Geranium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 129.

## V E G

Vegrandes, id est, male grandes.

## V E H

Vehemens pulsus. Lege, Pulsuũ differẽtię. Vehes, a uehendo nominantur. Sunt autẽ proprie rustica instrumenta, quibus stercurus uehitur: & mensuræ nomen. Plinius. Iustũ est uehes stercoreis. 18. iugero tribui. Alibi Columella ait, maiores pecudes effi

## V E

cere denas uehes stercoreis tricenis diebus.  
Colum. lib. 2. cap. 5.

## V E L

Veltis, mensuræ nomen est. Colum. lib. 12.  
Materies si roborea est, ab uno fabro do-  
lari ad unguem debet, per quadratos pe-  
des. 20. hoc est, inquit Veltis una.

Vellumina, & Vellera, uocant lanam quæ  
tonsa non est, sed extracta, quibusdam em  
in locis extrahitur.

## V E N

Vena, est uas sanguinis; & ex sanguine tem-  
perati spiritus naturalis, neruis constat, hu-  
mida & calida, & maxime sensu prædita.  
Recentiores alterum dumtaxat genus, id  
quod pulsat, Venas appellant. Galenus li-  
bro de Morborum causis.

Vena nigra, id est, Mediana.

Vena alaris, uena cubiti interior, teste Pau-  
lo lib. 6. cap. 40. quam præcipit aperiendam  
in hijs quæ sunt circa callum.

Vena humeralis, superior cubiti uena. De  
qua Paulus lib. 6. cap. 40.

Vena Sceilæ, ea quæ Alaris, Funis brachij.

Vena Axillaris, quæ est ramus iecinariæ.

Vena Basilica, id est, Iecoraria.

Vena Capitalis, ea quæ alio noie Cephalica.

Vena Iecoraria, id est, Basilica.

Vena Media, quæ ab Auicenna Vena ni-  
gra dicitur.

Venam secare, mittere sanguinem, pro eo  
quod nos hodie sanguinem minuere, &  
Phlebotomare dicimus.

Venarum nomina plura, lege apud Auicen.  
Fen. 4. cap. 55.

Venæ Mesentericæ sunt, quas nos uulgo Me-  
seraicas uocamus.

Venæ Meseraicæ, sunt uenæ subtiles, duræ,  
omnibus intestinis continuæ, per quas nu-  
trimentum attrahitur ad epar. De quibus  
uide Auicen. lib. 1. cap. 2.

Venæ Simæ, hepatis partis, apud Aeciū ser-  
mone. 10. cap. 2.

Venæ arborum quæ sint, require ex Theo-  
phrasto lib. 1. Plant. cap. 4.

Venenum terræ, Aristolochia rotunda: sic  
dicta, ut inquit Plinius, quia confusa cū cal-  
ce, simul atq; in mare sparsa, pisces necat.

Veneria radix, id est, Acorus.

Veneria, Lonchitis, apud Dio. li. 3. ca. 162.

Veneris corona, Symsbrium.

Veneris uocabulo Chymistæ es intelligunt.

## V E

Venetus color. Lege, Ceruleus.

Venter, est neruosus, sicci & humidus nutri-  
menti receptaculum, ad ciborum coctio-  
nem appositus.

Venter aliquando pro tota illa cavitare accipitur  
quæ est infra thoracem: non tantum pro uen-  
triculo cibos coquente, id quod moris est  
ueteribus Medicis. Vnde Ventrosos dici-  
mus. Et mulieres dicuntur gestare uentræ.  
Venter superior uocatur, qui a thorace præ-  
finitur, quem pulmo obtinet, Galen. libro  
7. Aphor. 37.

Ventriculus, pars ea, in quam cibus deuora-  
ratur. Arist. lib. 1. cap. 2. de natura Animal.

Ventri flua medicamina, id est, diuretica, &  
coeliotica.

Venti recti uocantur, qui lineis rectis sem-  
per grassari solent.

Venti reflexi & refracti, qui sinuose per-  
spirant.

Ventorum causas, perniciem, & iuuamen-  
ta, uide apud Vitruuium lib. 1. cap. 6.

Ventus nihil aliud est, nisi aer multus, flu-  
ctuans, & coactus: qui etiam spiritus appel-  
latur. Cum alioqui spiritus appelletur, sub-  
stantia animata & genitalis, in stirpibus at-  
que animantibus existens.

Venuncula, Horatius. Venuncula conue-  
nit ollis. Plinius quoque docet, Venunculam  
fuisse uam ollis aptissimam, hoc est, olla-  
rem. sic enim uocantur quæ in ollis fictili-  
bus conduntur. Papinius. Ollares rogo non  
licebat uas. Colum. lib. 3. cap. 2.

Venus, Ertz, ipsis Chymistis.

Venus calcinata, Gebrant ertz.

Venus Combusta, Idem.

## V E P

Vepenem, apud Martialem accipimus pro  
parua mētula. Drauci nata sui uocat Vep-  
nem, Collatus cui gallus est priapus. Quam  
quam interpret Pipinam legit, notione  
eadem, quia Pipare sit minorum pullorum.  
Vnde Pipillare apud Catullum de passere,  
Ad solam dominam usque pipillabat.

## V E R

Veratrum, Helleborus. Plinius. Hellebo-  
rum, inquit, Italia Veretrum uocat. Colu-  
mella lib. 6. cap. 31.

Veratrum album, Helleborus, apud Dio-  
scoridem lib. 4. cap. 151.

Veratrum nigrum, apud Diosc. li. 4. ca. 152.

Verbascum, Phlomos, Diosc. lib. 4. ca. 105.

Veredi, equi cursu pernices.  
 Vermicularis, Semperuiuum minus, apud Dioscor. lib. 4. cap. 92.  
 Vermina, uentris, uiscerumque dolores.  
 Verminatio, quomodo arbores perimat, require ex Theophrasto lib. 4. cap. 16. Plant.  
 Verminatio iumentorum, a uermibus fortasse dicta est. Vermina, ut inquit Festus, dolores corporis sunt, cum quodam minuto motu, quasi a uerrucibus scindantur. Seneca, Morborum, inquit, prima uermis uexat. Itē alibi. Cerebri, inquit, uermis affectio. Hinc & Verminatur, pro eo quod est torquetur, ut in partu mulier. Nonius. Verminatur, Lege, Verminatio.  
 Vermiosque, & Vermiosque aures, utrunque recte dicitur.  
 Vermis id est, ex quo toto animal totum, per subiecti foetus formationem, incrementumque gignitur. Arist. li. 1. ca. 5. de natura Anim.  
 Vernaculum, domesticum, Italicum. Colum. lib. 7. cap. 3. Sic Vernacula examina: quibus syluestria opponuntur. Colum. lib. 9. ca. 9.  
 Verpa. Vide, φύσις.  
 Verres, sus: & cum excisus est, Maialis.  
 Verruca, tuberculum est paruū in summa cute absque dolore, callosum, rotundum, ut plurimum ad cutem angustum, ut pendere uideatur: unde ἀκροχορδών græce uocatur. Curam eius require apud Paulum lib. 6. cap. 87. Vide, Thymus.  
 Versarij uenti, qui e mari exurgunt, terram perflantes.  
 Versicolor. Lege, Color uarius.  
 Versuram dicunt scriptores agricolationis, ubi boues in arando post peractum legitimum sulcū circumaguntur, uertunturque. Alias Versura est mutatio quedam, qua creditor mutatur: a uertendo dicta, cuius Plinius, Seneca, Cicero, omnes commemorare. Colum. lib. 2. cap. 2.  
 Vertemium, Syderitis. Diosc. lib. 4. ca. 36.  
 Vertex, caluæ medium discrimē, equamentum capillorum.  
 Vertigo uocatur, quando simul uidentur circumuolui, hoc est, circumstantia moueri quecūque conspiciamus, & sensus uisus repente destruitur, cum uidetur tenebrę circumfusę.  
 Vertigo. Vide, Scotomata.  
 Vettiginosi, id est, Scotomici.  
 Veruactum, quasi uere actum: & est, quando uere primū agri profcinduntur: ad disse-

rentiā restibilis dictū. Colum. lib. 2. cap. 4.  
 Vernilago, Chamæleon niger, Dioscor. libro. 3. capite. 10.

## V E S

Vesica, humidı excrementi receptaculum. Aristot. lib. 1. cap. 2. de natura Animalium.  
 Vesicaria, Solanum, uel Strychnum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 74. & 75.  
 Vesicę affectiones sunt hæc. πάρεσις, siue resolutio. Nam & πάρεσις resolutos dicimus: forte uero hæc fuerit urinę incontinentia. πτυρίασις ἀπὸ τῆς πύτρωσις, quod significat furfures. λιθίασις, quia λίθος est lapis. ἐλκωσις, id est, exulceratio, precipue in collo, hoc est, περὶ τὸν τράχηλον. Dissuriam a Stranguria dispescuit Galenus: quoniam hæc modo sit δυσχέρια τῆς οὐρῆς, hæc uero κατὰ σβάγγα οὐρησις. Insunt uesicę item, quos Medici θρόμβος, id est, grumos dicunt, sed ij tñ & intestinis, uentriculo, atque thorace nonnunquam continentur. Eos animi defectio & color insequi cœdus solet.  
 Vespa quaedam Ichneumones appellantur, sunt autem minores quę alia.  
 Vestiana nominamus non tam arca ac repositoria uestium, quam ipsa uestimenta. Seneca. Dominus debet seruo uestiariū. Sceuola Iuriscultus. Quæsitum est, an mortua matre, conditio apposita defecisse uideatur, & per hoc neque uestiaria, neque cibaria his debeantur: Respondi, secundum ea que preponeretur, deberi. Col. li. 1. ca. 8.

## V E T

Veteramentum. Lege, Corium.  
 Veteramentarij. Ibidem.  
 Veteratores. Ibidem.  
 Veterina animalia dicuntur, quę uehere quid possunt.  
 Veterinarij, medici pecorum nominantur, quos Firmicus Maternus mulomedicos uocat, ducto uocabulo ex uoce Græcorum, a quibus κτηνίατροι appellantur, id est, medici iumentorum. Colum. lib. 6. cap. 8.  
 Veterinaria medicina, medicina dicitur eā, qua utitur Veterinarius, id est, medicus pecoris & iumentorum, quem nostri mulomedicū, Græci κτηνίατρον appellant, de quo supra diximus. Colum. lib. 7. cap. 3.  
 Vaterno consensescere, torpere segnitia, somno, ignauia. Vaternus proprie est ille morbus, quem lethargum Græci nominant: in quo marcor est, & inexpugn-

V E

bilis pene dormiēdi necessitas. Vulgo me-  
dici Subetiam appellāt. Inde Veterinosus,  
pro ignauo, atq; torpente, & somniculoso  
ponitur. Columella lib. 7. cap. 5. Sed &  
Veterinosi, quibusdam uidentur esse lethar-  
gici. Sunt qui Veterinū interpretētur mor-  
bum ignauit̃, qui ex ocio nimio contrahi-  
tur. Festo Veterinosus est, qui graui premi-  
tur somno. Catoni uero hydropicus. Cum  
plurimum, inquit, Veterinosus bibit, tum  
maxime fitit. Plinius Veterinum a lethar-  
go diuersum morbi genus facit. 20. uolumi-  
ne in medicina raphani. Ceterum quatuor  
fere discrimina Marcoris ( ita em̃ uocatur  
inuicta quaedam somni cupiditas ) nouere  
Græci: Caros, quod Plinius soporē cōuer-  
tit: Lethargū, & Morosim, & Nothrote-  
ta. Vltimū hoc Veterinum intelligi potest,  
ex humida materia. *μωρωσις*, hoc est, quæ  
nō modo memoriā, ut lethargus, cū pprie  
capitur, sed usum quoq; ratiōis intercipit.  
Vetonica, Bretranica, apud Dioscor. lib. 4.  
cap. 2. Est & per se herba, cuius meminit  
eodem lib. Dioscor. cap. 3.

Vetula acromphali, umbilici pars rugosa,  
a rugas sic dicta, Græcis *ῥαία*.

Vetustus adeps, axungia.

V I A

Via, secundum Erasistratum neruus opti-  
cus, qui ad oculum descēdit ad cerebrū, &  
efficit uisionē. Gal. lib. 1. de causis Sympt.  
Viartum nigrū, Limoniū. Diosc. li. 4. ca. 19.

V I C

Vicia, pabulum est, a quo Vicialia deriuan-  
tur. Colum. lib. 6.

Viciarium, seminarium intelligitur, in quo  
semina uitium conferuntur, ut mox tra-  
nsferantur in uineam. Colum. lib. 3. cap. 4.

Viciario cribro, a Vicia, quod genus est fru-  
gum, dicitur Viciariū cribrum, sicut a lolio  
loliarium. Colum. lib. 8. cap. 5.

Victus ratio qualis ueteribus fuerit, uide a-  
pud Vitruuium lib. 2. cap. 1. latissime.

V I G

Vigilia, est intentio & applicatio animæ, a  
principe parte ad mēbra omnia corporis.

Vigor, est ætas in qua auctum animal est, et  
perfectū, humido & calido in summo con-  
sistentibus.

V I L

Villaticū canē appellant, qui uillam, quæq;  
iuncta sunt uillæ, custodit. Col. lib. 7. ca. 12.

V I

V I N

Vinaceus, græce Stemphylon uocatur. Di-  
cimus & Vinacea neutro genere. Palladi-  
us etiam fœminino genere Vinacē. Hec  
& floces appellantur, sicut & in oliua fla-  
ces, atq; fraces. Vinaceos Poete sunt qui  
Brytia, & Brytea quoq; appellant: quanq;  
& pro fracibus oliuarum sumuntur. Stem-  
phyla in Arist. Rhetorica. 2. Gellius fecē  
ipsam e Vinaceis & oliuis expressam, flo-  
ces, & fraces dici scitibit. Hec Barb. in Cor.  
Vinago. Lege, Oenas.

Vindicianus, Valentiniani archiater, Octa-  
uiani Horatij præceptor.

Vindicta herba, Epimediū. Dio. li. 4. ca. 22.

Vingum, herba cuius folia ampla, & ger-  
men pusillum, radix longa, cibo idonea.  
Colligunt id Aegyptij, cum annis effusus  
fuerit, eoq; Deorum aras coronant. Theo-  
phrastus lib. 1. cap. 11.

Vinum primę notę est, quod est generosissi-  
mum; & secundę & tertię notæ. i. secundū  
& tertij loci: atq; ita gradatim prout boni-  
tate præstat, dicitur quęcunq; Vini nota,  
pro Vinum quodcunq; tam nobile, quam  
ignobile. Horatius. Chio nota si cōmixta  
falerni est. Columella lib. 12. cap. 19.

Vinum Abrotonite, apud Diosc. li. 5. ca. 55.

Vinum Absinthite, apud Diosc. li. 5. ca. 41.

Vinum Acorite, apud Diosc. lib. 5. cap. 65.

Vinum Anethinū, apud Dio. lib. 5. ca. 67.

Vinum Anthosmias, ab odore floris dicitur,  
nec idem cum Oenanthino est.

Vinum Aromatite, id est, Hippocraticum,  
odoratum, ex aromatis confectum. Est &  
aliud Aromatites, de quo Diosc. li. 5. ca. 56.

Vinum Asarite, apud Diosc. lib. 5. cap. 50.

Vinum aquosum, imbecille, apud Hippoc.

Vinum Bunite, apud Diosc. lib. 5. cap. 48.

Vinum Calaminthite, apud Dio. li. 5. c. 54.

Vinum Catorchite, apud Diosc. lib. 5. ca. 33.

Vinum Cedrinū, apud Diosc. lib. 5. cap. 37.

Vinum Cedritis, aliud ab Cedrino, apud  
Dioscor. lib. 5. cap. 39.

Vinum Cestrite, id est, e Betonica, describitur  
ab Dioscor. lib. 5. cap. 46.

Vinum Chamędryite. Diosc. lib. 5. cap. 43.

Vinum e Chameleęa, apud Dio. li. 5. ca. 70.

Vinum Chamępityinum. Diosc. li. 5. ca. 71.

Vinum Conia, Strobilite. Dio. lib. 5. ca. 26.

Vinum Conyzite. Dioscor. lib. 5. cap. 36.

Vinum Cupressinum, Diosc. lib. 5. cap. 37.

Vinum Cydonites, apud Dioscor. libro. 5. cap. 21. nomine alio Melites.  
 Vinum Dictamnite, apud Diosc. li. 5. ca. 49.  
 Vinum Epsima, Sireon, quod & Sapa uocatur, & cocto musto confectum.  
 Vinum Daucite, est apud Diosc. li. 5. ca. 62.  
 Vinum Helleborite, apud Diosc. li. 5. ca. 73.  
 Vinum Hyssopite, apud Diosc. lib. 5. ca. 42.  
 Vinum ex Iride, apud Diosc. lib. 5. cap. 57.  
 Vinum Iuniperinum. Diosc. lib. 5. cap. 37.  
 Vinum Lentiscinum, uel Lentiscatum, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 31.  
 Vinum Laurinum, & eius conficiendi ratio docetur ab Dioscoride lib. 5. cap. 27.  
 Vinum Mandragorite. Diosc. lib. 5. ca. 72.  
 Vina marina, apud Dioscor. lib. 5. cap. 20.  
 Vinum Maratrite. Dioscor. lib. 5. cap. 57.  
 Vinum Meonium, ex genere dulcium, apud Galenum lib. 3. regiminis acutorum.  
 Vinum Melites, apud Diosc. lib. 5. cap. 21.  
 Vinum Myrsinitis, apud Diosc. li. 5. ca. 30.  
 Vinum Myrtite, apud Diosc. lib. 5. cap. 29.  
 Vinum Myrtite, uel Myrtatum, Idem.  
 Vinum e Myrrha. Dioscor. lib. 5. cap. 57.  
 Vinum Nectarite, ex Helenio herba. ca. 58.  
 Vinum Origanite, ex Heracliotico uidelicet Origano, apud Dioscor. lib. 5. cap. 53.  
 Vinum Palmeum, apud Diosc. lib. 5. ca. 32.  
 Vinum Palmiprunum, uel Palmiprium quale sit, uide apud Diosc. lib. 5. cap. 33.  
 Vinum Panacite, apud Diosc. lib. 5. ca. 54.  
 Vinum ex Pipere. Dioscor. lib. 5. cap. 57.  
 Vinum ex acerbis pomis & piris, teuto. Leir.  
 Vinum Phœmicites, id est, Palmeum, describitur a Dioscor. lib. 5. cap. 32.  
 Vinum Prasijte, apud Dioscor. lib. 5. ca. 50.  
 Vinum Phthorion, aliqui Ectromatico appellant, ex Helleboro in Taso fit.  
 Vinum Preleganeum, a prelegendo.  
 Vinum Resinatum, apud Diosc. li. 5. ca. 25.  
 Vinum Rhetinites, idem quod Resinatū.  
 Vinum Rhodite, id est, Rosarū, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 28.  
 Vinum Rosaceū, id est, Rhodite. Ibidem. & apud Palladium in mense Maio.  
 Vinum Saluiatum, apud Diosc. lib. 5. ca. 63.  
 Vinum Sireon, Lege, Vinum Epsima.  
 Vinum Strobilites, fit e nucibus pineis recentibus, fractisque, apud Diosc. lib. 5. ca. 36.  
 Vinum Scamonite, apud Diosc. li. 5. ca. 74.  
 Vinum Stybelites, quod sua sponte ex passis uuis distillat, utpote Vinum ultro effun-

dentibus uuis. Accius serm. 9. cap. 24.  
 Vinum Stybelites, dulce, apud Galenum lib. 3. regiminis acutorū, nigrū, & crassum.  
 Vinum Selenite, apud Diosc. lib. 5. cap. 66.  
 Vinum Scyllinum, apud Diosc. lib. 5. ca. 19.  
 Vinum Stichadite, apud Diosc. li. 5. ca. 44.  
 Vinum e Nardo syluestri. Diosc. li. 5. ca. 61.  
 Vinum e Syriaca Nardo, Celtica, & Malobathro, apud Dioscor. lib. 5. cap. 59.  
 Vinum Sycomorite, fit e Sycomoris, apud Dioscor. lib. 5. cap. 24.  
 Vinum Tragoriganite. Diosc. lib. 5. ca. 47.  
 Vinum e flore salis, græce Halosanthite, apud Dioscoridem lib. 5. cap. 68.  
 Vinum Therinū, dulce, crassum, & nigrū, apud Galenum lib. 3. regiminis acutorū.  
 Vinum Therem, dulcium uinorum generis, apud Galenū lib. 3. regiminis acutorū, nigrum & crassum.  
 Vinum Tortinū, quod nouiss. exprimitur.  
 Vinum Terebinthinum. Diosc. lib. 5. ca. 31.  
 Vinum Thymbrite. Diosc. lib. 5. cap. 52.  
 Vinum Thymite, apud Diosc. lib. 5. cap. 51.  
 Vinum e Thymelæa. Diosc. lib. 5. cap. 69.  
 Vinū Vermiculū, seu rubens, græce κίρρον.  
 Vina celebrarunt & uitium genera, Græci autores Euphronius, Aristomachus, Comades, Nicesius, omnes Medicorum ordinis, & clarissimi scriptores. Plin. li. 14. c. 19.  
 Vinum Apijte, apud Dioscoridem lib. 5. capite. 25. apud Pallad. in mense Februariō.  
 Vinū Elatites, quod ex Abietis palma fit, apud Dioscor. lib. 5. cap. 32.  
 Vini fecum iuuamēta, apud Dio. li. 5. c. 123.  
 Vinum Gypsatum, a Gypso dicitur.  
 Vinum Oenanthinum, id est, ex Labrusca, quō fiat, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 26.  
 Vinum Rhoite, id est, e punicis malis, uide apud Diosc. lib. 5. cap. 27.  
 Vinum mulsū, οἶνομελι græce Oenomel.  
 Vinum πρότροπον, quod defluit antequā uix calcentur.  
 Vinum Spathites, quod ex abiete palma fit.  
 Vinum Thalassomenon, id est, aqua marina factum.  
 Vinum uinosum, id est, potens.

V I O

Viola Autumnalis, Leucoion, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 139.  
 Viola alba, Leucoium. Ibidem.  
 Viola purpurea, apud Diosc. lib. 4. cap. 123.  
 Violaceus color, Lege, Color uarius.

## V I

## V I P

Vipeones, minores grues. Plin. li. 10. ca. 39.  
 Vipera, græce ἕχιδνα, uel ἕχιδνα. Sed prior uox maris, altera fœminæ nomenclatura est potius, ut placet Barbaro. Describitur a Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 10. cap. 62. lib. 29. cap. 9. Paulo Aegineta lib. 4. & lib. 6. Plura etiã doctissimus uir Nicolaus Leoniceus, tract. de Serpētibus & Viperis: apud quem uelut in copiæ quodam cornu leges quicquid usquam est, siue apud Strabonē, siue Solinum, et alios de serpentibus. Item de earum usu & præparatione ad Theriacen, ad cuius cōmentarios te remittimus. Prōinde Barbarus in Corollario nihil uidetur prætermisisse, quod ad eam rem attinet. Cui et M. Vergilius subscribit; additis plusculis, quæ & ipsa digna scitu, & a studiosis nephas sit ignorari.

Viperæ fœtus, enecta matre prodeunt. Mas etiam in coitu exanimatur, capite in os fœminæ exerto, præq; uoluptate ab eo exciso. Aelianus, & Aristot.

Vipera, Plinius lib. 8. cap. 39.

Viperalis, lens palustris. Diosc. li. 4. ca. 90.

## V I R

Virga, est arcus cœlestis exhibitio, in directum conformata.

Viri mediæ ætatis sunt calidi & sicci. Lege, Ætates.

Viridarium, ein Baumgart.

Viride Porrum, Lege, Color uiridis.

Viridis color cuiusmodi sit, suppeditat exemplum herbarum multitudo: quarū est tanta uarietas, ut cum earum uis sit infinita, nulla tamē æque, atq; ex ijs aliqua, prorsus uireat, sed omnes inter se discolors uideantur: id quod in reliquis omnibus coloribus apparet. Quare si minus est hic albus, aut niger, q̄ ille, non idcirco nomen albi amittit, aut nigri. Ex auibus autem insignis est hoc colore Psittacus: auis inde a quibusdam Viridis appellata, & qua nihil lætius est, Smaragdus. Maxime quoq; luget uiriditas in genere quodam Scarabei, cuius ipse meminit Aristoteles. Is quoniã dorsum habet nota quadam aureola sicutum atq; illustratum, ut lunæ speciem exigue sustinere uideatur, nō inuenuste a nobis Cosentinis equus lunæ nuncupatur. Egregius est inter colores, qui uirēt, Præfusus, multorum carminibus collaudatus,

## V I

nunc uiride Porrū ab infectorib. uocatur. Virilitas, id est, uirile membrum.

Virtutes corporis sunt, Robur, Pulchritudo, Integritas, siue perfectio.

Virtutes animæ, Prouidentia, Temperantia, Modestia, Fortitudo, Iusticia. Sanitas autē ad temperantiam relationem habet. Siquidem sanitas bona temperatura est, siue constitutio primarū qualitatum. Temperantia uero, quæ ab animi affectu, sine perturbatione, aut passione, alienam, aut solutam reddit animam: uidelicet, uoluptate, metu, ira, tristitia, cōcupiscentia. Quam obrem operationes animæ inperturbatas facit. Rursus corporis robur, ad animi fortitudinem refertur. Et sic erit corporis fortitudo & firmitas inexuperabilis ab his rebus, quæ corpus corrumpere creduntur.

Virilitas, est robur animi & fortitudo, ad tolerandas uehementes rerum quæ fiunt difficultates: ut labores, erumnas, calamitates, & in uniuersum ea quæ tolerantur grauius, & terribilia uidentur. Assimilata etiam pulchritudini iusticia. Pulchritudo enim in symmetria membrorum, & bono in loco esse dinoscitur. Iusticia uero in symmetria, concordantia, & equabilitate. Hec enim quod suum est unicuiq; pro dignitate tribuit: ueluti Dijs, parentibus, cognatis, amicis, domesticis, & ciuibus. Sic corporis integritas cōsentit. Est enim illa perfectior & consummatior rectorum animæ comprehensionū, quemadmodum & hæc membrorum. Sic & Prudentia secundum naturam est: igitur sanitas.

## V I S

Visci iuuamenta, lege apud Dioscor. lib. 3. capite. 102. De errore autem circa Ixon, & Ixian, in Corollario Barbari. Item apud Leoniceum libro de errorib. Medicorū. Visu plurimum ualuit Strabo. perspexit enim per . 2500 . milia passuum. Solinus ex Varrone cap. 5.

Visulum cerasorum genus, frequentissimū in Germania, & Gallijs.

Visus fit per oculos. Lege, Sensus quinque.

## V I T

Vitalis, Semperuiuum minus, apud Diosc. lib. 4. cap. 92.

Vitex, Lege, Rhamnum. Non multū a Salice uulgari distat, usū uinculorum, foliorū quoq; aspectu, nisi odore gratior esset.

Vitellina bilis, sic uocatur, quoniam oculorum uitellis tum colore, tum crassitudine assimilis est.

Vitiscat, Vitis fiat. Verbum est a uite formatum, eo inclinamento quo uiuiscit. Columella lib. de Arborib. cap. 7.

Vitis insana uocatur, quæ ad florem usque perducitur. Quin est, ubi Plinius insanas uites triferas appellet: quoniã in hijs alia maturescunt, alia turgescunt, alie florent. Smyrnæ Triferam a se uisam M. Varro testatur.

Vitis dicta est, primo, quoniam innitatur ad uuas pariendas, & a pariẽdo Parilema: deinde Palma, literis inmutatis.

Vitis alba, Ampelos leuce, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 194.

Vitis nigra, id est, uera Brionia, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 195.

Vitis Caprea dicta est, quia Capreolũ parit.

Vitis uitifera, quid presidij habeat, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 1.

Vitia, pabuli genus, a uinciẽdo appellata: quod item capreolos habet ut uitis, & ad scapum lupinos, aliumq; calamum ad quẽ hereat, id solet uincire. Vnde Vitialia, pro pabularibus e uitia dicuntur. Vitia tamẽ duplex, seminaris, & pabularis uocata. Recẽtiores Græci Biciam appellant, a nostris mutuati.

Vitiæ, uitium Capreoli.

Vitiflora, Oenanthe. Diosc. lib. 3. cap. 34.

Vitiligo. Lege, αλφθ.

Vitiliginis tres species sunt. αλφθ uocatur, ubi color albus est fere subasper, & nõ continuus, ut quædam quasi guttæ dispersæ esse uideantur. μελας, quæ nigra est, & similis umbræ. λευκη, quæ habet quidem quiddã simile alphi, sed magis albida est. Celsus lib. 5. cap. 25.

Vitialia, a uinciẽdo ueteres appellauerunt.

Vitium quõ differt a Morbo. lege, Morbi.

Vitrigo, uel perdicias, herbę frigidę nomẽ.

Vitreus color. Lege, Color uarius.

Vitulus marinus. Plinius lib. 9. cap. 13.

Vitulamẽ, id quod nos hodie uocamus Viuiradix, Moschos, & Pediculum significat, quo frondes & fructus ramis connexi pendent: qui & Peciolus, & Palladio Tenax uocatur.

Viuaria, bestiarum diuerticula, piscium re-

tinacula, carceres, uel piscinæ.

Viueram, ex Africa importatã affirmat Strabo, generis mustelarũ, Græcis ικτις. Aelianus.

Viuipera uocantur, quæ animal pariunt.

Viuiradix uitis, quæ cũ radice seritur: quasi uiuam radicem habens, yngeuuurt, elt oder yngelegt, uueig. Item,

Viuiradix, a uiua radice cognominatur. Viuiradices, stirpes uitium uidelicet, & surculi, qui in seminario adulescunt, moxq; in suam sedem transferuntur. Malleoli uero nõ sunt radicati, nec seruntur in seminario. Columella lib. 3. cap. 3.

Viuiradix, & auulsio parum distant: sicut Moscheuma & Paraspades apud Græcos.

Vla, gingiuræ extimæ, Nam ουλογιγυια est.

Vlcera manantia, uide, αχωρες.

Vlcera item, & fungi innascuntur uulue, similiaq; quæ aduruntur.

Vlcerum causse, quæ in uulua serunt, interdum abscessus, nõnunquam etiam pessus, id est, casus, uel callus corruptus, tabidusue. Aliquãdo in uulua duricies, aut uarix. Est autem longus hic affectus cum alijs.

Vlcerum ambiguum curandi modus, apud Galen. 14. Method.

Vlceraria, Marrubium nigrum, uel Ballothe, apud Dioscor. lib. 3. cap. 116.

Vlcinum, Hiacynthus, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 66.

ουλαι, cicatrices. Vel,

Vlæ, maculæ leuiore in facie.

Vligo, proprie est naturalis terræ humor. Vnde Vliginosus ager dictus, quo quasi piger & noxius humor continetur. Vliginoso agro opponitur aridus. Colum. lib. 2. capite. 2.

Vligines in pedibus, cruribus, unguibusq; & sub armis aliquando generantur eorum, quas quidem Dulcedines uocant, habent similitudinem scabiei. Vegetius lib. 2. capite. 52.

Vligo oculorum, oculorum nimius humor distillans.

Ulmaria, dicuntur seminaria, in quibus plantaria ulmorum adulescunt: quæ mox roborata, in arbutum transferuntur. Possunt & ipsa arbuta ulmaria nuncupari, quibus scilicet uites maxime copulantur, ma-



ximeq; conueniunt: cum inter uitem & ul-  
mum sit amicitia sociabilis. Columella lib.  
5. capite. 4.

Vlmum, *πῆλεαυ* Græci uocant, utiq; cam-  
pestrem, quæ & fruticosior est. Alterum  
genus montanæ, *ὄριπῆλεαυ* nominât. Fo-  
lium indiuisum, leuiter per oram ferratū,  
oblongius q̄ p̄iro, scabrum. Arbor gran-  
dis & celsa, irriguis amica, ligno flauo, ner-  
uoso, robusto, ut quæ tota cor sit. Vtuntur  
eo ad fores lautiores, ad cardines, assamen-  
ta portarum, & torcularia.

Vlna uocatur quidem & totum membrū,  
quod est inter articulationem carpi, & cu-  
biti mediū. Galenus lib. 2. de usu partiū.

Vlna uocatur, si ambas manus explices a  
pectore in lineam rectam.

Vlophonon, Chamæleonem nigrum uo-  
cant, quod ricinos canū necat, uiuentesq;  
anginæ modo perimit: *ὄυλον* enim & *φόν-  
ος* Græcis exitium significat. Dioscorides  
lib. 3. cap. 10.

Vlophonon, Ixia uenenum, apud Paulum  
libro. 5. capite. 47. & apud Dioscoridem  
lib. 6. cap. 21.

*ὄυλότριχες*, crispantibus capillis: tales oēs  
cernimus Aethiopes.

Vlpicium, mordax & graue olens allium,  
quod alio nomine Allium Libycū dicitur.

Vlpicum beticū, id est, allium maius, quod  
quidam Gallicum uocant.

Vlpicum, genus allij est. Vlpicum grandis-  
us, inter pulmētaria ruris celebratū, quod  
Græci appellant *ἀφροσκορόδου*. Quidam  
allium punicum uocant, de quo Plautus.  
Pleniores ulpici, quam Romani remiges.  
Colum. lib. 6. ca. 4. Lege, Aphroscorodon.

Vlticana herba, Solanum somniferū, apud  
Dioscor. lib. 4. cap. 76.

### V M B

Vmbilicus terræ, Cotyledon, apud Diosc.  
lib. 4. cap. 93. Est & Cyclaminos sic dicta.

Vmbilicus Veneris, Cotyledon, apud Dio-  
scor. lib. 4. cap. 93.

Vmbilicus, metaphoricus flosculus qui in  
pomo prouenit, extremitate altera, quæ a  
peciolo dependet.

Vmbri appellantur pisces quidam, quorū  
mentio est apud Ennium, sic scribentem.  
Melanurum, turdum, merulamq;, um-  
bramq; marinam. Columella lib. 8. cap. 16.

Vmbri, musimonij proles, pecorū genus,

Vmbella, græce *σκιάδιον*, ab umbra sic ap-  
pellata, in aliquib. plantis floris ueluti pe-  
damentum, in plures diuisa, longiores pe-  
diculos, qui singuli florem sustinent, & in  
orbē circūactū. ueluti cernere est in pimpi-  
nella, subinde sceniculo, aniso, astrancia.

### V N C

Vncia. In Vncia, inquit Celsus, sciri uolo,  
pondus denariorū septem esse. Vnius de-  
inde denarij pondus diuidi a me in sex par-  
tes, id est, sextantes: ut idem in sextante de-  
narij habeā, quod Græci habent in eo, quē  
*ὄβολον* uocant. Id ad nostra pondera rela-  
tum, paulo plus dimidiō scrupulo facit.

### V N E

Vnedonem nō uidi, quod equidem sciam,  
sed arbutum interpretantur, apud Diosc.  
lib. 1. Verba Dioscoridis sunt. Arbutus ar-  
bor est, Cotoneæ malo nō dissimilis, tenui  
folio, cuius fructus pruni magnitudinē im-  
plet, nullo intus nucleo. Huic Apomaco-  
læ cognomen est, siue, ut alij Græci habēt  
*μεμάκυλα καλουμένη*, maturus autem fla-  
uet, aut rubescit, in esu acetosus. Plura Plin-  
nius lib. 15. cap. 14.

### V N G

*ὄυγγια μία*, uncia una, denarij ponderis.

Vnguen, adeps suillus.

Ad Vnguem, ad perfectam absolutionem;  
Translatio a marmorarijs, qui iuncturas  
marmorum tum demū perfectas dicunt,  
si unguis superductus nō offendatur. Vn-  
de iam quæcunq; perfectissima esse uolumus,  
significare, ad unguem facta esse dici-  
mus. Horatius. Ad unguem factus homo.  
Colum. lib. 11. cap. 2.

Vngula, oculi uitiū. Vide dict. Pterygion.  
Vngula caballina, Arction, apud Dioscor.  
lib. 4. cap. 108. Brandtlattich.

Vnguenciana, Acorus, secundū Apuleiū,  
Vnguentaria nux, id est, Moschata.

Vngenta, ad uoluptatem tantum & suaue-  
olentiam inuenta sunt, & ad delicias: ad cu-  
ram uero corporis nō adeo: etiamsi hodie  
ungentorum nomine ueniant alia medica-  
mina, quorum usus est ad ulcera & tumo-  
res corporis consummandos.

Vngentum est aggregatū ex liquoribus &  
cæra, pulueribus superadditis ad subtilita-  
tem redactis.

Vngentum Syriacū, cui Salca cognomen,  
apud Aecium sermone. 12. capite. 42.

Vngentum Arrogon. Non intelligo quid sit Arrogon, Saladinus interpretatur, adiutorium.

Vngentum Agrippæ. Haud scio an Herodis illius, cui Agrippæ nomē fuit: id quod asserit Saladinus.

Vngenta Exotica uocantur, quæ preciosa sunt, & ab externis gentibus importantur.

Vngentum Marciaton, Marciatonis medici inuentione primo uulgatum.

Vngentum Populeon, ex populi arboris germinis concretum, atq; coalitum.

Vngentum, ab ungedo dictum, Apuleius. Vngine delibutus.

Vnguis Ibdidis, Pentaphyllon, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 45.

Vnguis muris, Polygonion, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 5.

Vnguis, quod pterygion Græci uocant, membranula est neruosa, oriens ab angulo, quæ ad pupillam nonnunquam peruenit, neq; efficitur. Sæpius a narium, interdum etiam a temporū parte oritur. Quod uero in hominis pedibus, manibusq; fit, et ubiq; ad pollicis præcipue unguis, diuersum ab illo, aliter a ueteribus describitur. Carnis incrementum circa unguis pterygion est, unguis aliquam operiens partē. fit autem in pedis & manus maxime pollicibus. Plura de hoc Celsus. Item.

Vnguis & summorum digitorum cornuti tegminis, & quorundā lapidū & crescentium generale nomen est. Nam & unguis inquit Barbarus, uocantur, quos Solenas Græci uocant. Et ex neotericis Theodorus Gaza δόνιακας ἢ ἀνλῆς, modo unguis, modo digitos conuertit. Vnde fortasse, quod & Ostrearum piscatores Solini stæ uocantur, ut Atheneo placet.

Vngues ex neruorum extremitate concreti, ornatus & decentiæ gratia a natura dati sunt: ut quippiam tenacius digitis, eorū beneficio adiuti comprehendamus, contineamusq;. Alij sic definiunt.

Vngues sunt cutis, siue pellis eruptio, sicci quidē & frigidi, atq; sensus expertes. Vel, Vnguis est ossis superficies, uel cutis corrugatio, dura & sicca.

Vngues, præter digitorū defensacula subcornea, etiam capita foliorū rosæ, parteisq; candidæ uocantur, græce ὄνυχες, ut inquit Dioscorides.

Vngues custodum. Custodes dicuntur nouelli palmites. In uitibus autē sunt omnia, quæ in corporibus: exempli causa, caput, brachia, humeri, crura, pedes, palmae, digiti, est pollex. Sunt & unguis, quos annotinos præcipit esse refecandos, id est, unius anni: quos & anniculos uocamus, ut ab anno annotinus deriuatur. Alij legunt hornotinos, eodem intellectu, super qua dictione alias perscripsi.

Vngues, interdum partes candidæ rosarū. Vnguis, oculi uitium quale sit, uide in dictione, Pterygion.

Vnifolia, Lege, Siliqua.

Vniola, Sanguinalis herba, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 33.

Vnitatis solutio, & continuitatis corruptela, idem: de qua plura Galen. in par. arte.

### V O L

Volatica passio, secundum Ioannem de Vigo, impetigo, scabies scilicet sicca, cū asperitate & rotunditate depascens corpus.

Volucrum maius, apud Dioscoridem libro 4. capite, 42.

Volucrum sterile, Volucrum maius, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 15.

Voluoces, uermiculi qui uites arrodunt.

Volutum, Lappaton, Helxine, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 42.

Voluulus, intestinorū affectio, letalem dolorem inferens. Curam & causam eius require ex Aecio serm. 9. cap. 28.

### V O M

Vomica, morbi species, ubi pure impletur membrana, quæ medios diducit pulmones, & pectori, spineq; annectitur. Ea rara a Medicis curatur.

Vomicula, a uomendo, quod pus inde manet: uel quod qui habent id, saniam reijciant. Accipitur etiam pro receptaculo apud Plinium in metallis. Vomica, inquit, liquoris eterni.

Vomitus Nicolai, uomitū ciens cōpositio. De Vomitu uide Celsum libro secundo, capite duodecimo.

### V O P

Vopiscus nominatur, qui e geminis natis, cum alter abortiuo ceciderit, ipse uero legitimus. Solinus cap. 4.

### V O X

Vox prima nascentium, est uragitus. Solinus, capite quarto.

V R

Vox fit uí ipsius principatus extensi, & simul extendentis spiritū per fauces & guttur, usq; ad pulmonem & linguam, quum hæc sibi uicinum aerem reuerberant.

¶ V R A

ὄνραχόν, ligamentum totum ex quo hæret fœtus: sic uocatum, quod caudæ similis sit. Nostræ ætatis obstetrices, quod ex eo in infantis umbilico relictum est, translata a uertibus uoce, traducẽ, quasi sarmentū uocāt.

ὄνρανία, id est, Iris.

ὄνρανός, id est, cœlum, ab ὄρω, id est, termino, nomen deductum uideri potest, autor Philo libro de mundo.

V R E

Vræa, ultima mictualis uia, græce ὄνραία.

Vredo, arborum morbus, apud Theophrastum lib. 4. cap. 17.

Vredo, fici arboris morbus, græce κλαυθμός & tabes, quæ dicatur ἐκπλαξίς, quasi quidam stupor, rigorq;: frigore hic & gelu, aliofio annis contrahitur.

ὄνρητῆρες, id est, urinarij meatus illi qui a renibus ad uesicam migrant: aliud a uenis, neruis, & arterijs, ut inquit Galenus de naturalibus facultatibus libro primo.

ὄνρητην, Vide, φύσιμ.

ὄνρητικὰ, ducentia urinam.

ὄνρητρα, ceruix, uel caluæ pars, uel foramẽ.

ὄνρητικός πορὸς, urinaria fistula.

V R I

Vri sunt, quos imperitum uulgus uocat bubalos. Plin. lib. 8. cap. 15.

Vri, magnitudine sunt paulum infra elephantos, figura et colore tauri. Magna uis eorū, ut neq; homini, neq; animalibus parcunt. In uenatione eorum sese Germaniæ iuuentus exercet, cornuq; in publicū laudis gratia refert: quæ studiose conquisita, ab labris argento circumducunt, atq; in amplissimis epulis utuntur. Hæc Cæsar lib. 6. De Vrinis ueteres multi scripserunt.

Vrina, est superfluitas sanguinis in magna uena, delata per renes & uasa urinaria in uesica.

Vrina scorpionis, Sideritis, apud Dioscor. lib. 4. cap. 36.

Vrinæ leuitas, Diabetes, apud Aecium lib. 11. capite. 1.

Vrinare, in natãdo sub aqua esse: inde Vrinatores. Vide, Colymbades.

Vrinarum iudicium cõpendiosum ex Híp

V T

postrate per Galenum libro de Atrabile, folio. 333.

V R T

Vrtica, Acalyphe græce, apud Dioscoridẽ lib. 4. cap. 95.

Vrtica iners, Vrtica mortua.

Vrtica Labeo, Galiopsis, apud Dioscoridẽ lib. 4. cap. 95.

Vrticæ pisces, noctu uagantur: ijs natura est, ut carne uescantur. Plin. lib. 9. cap. 45.

V R V

Vruncus, id quod ad culmi fastigia imbecilli spica geritur, minus quam gramen.

¶ V S

ὄνς, uel ὄνας, auris.

Vstilago rustica, Dictamnus. Dio. li. 3. c. 35.

¶ V T E

Vterus, matrix.

Vterum Græci quidam ἀδελφον uocant.

Vnde & dicti sunt ἀδελφοί, id est, fratres, qui utero prodierunt eodem. Hippocrates etiam γονήν appellauit, quod uerbum illis gentibus partim quidem fœtū significat, partim uero genitale profluuium.

Vtero matris excisus Scipio, unde Cæsar dictus est, Solinus cap. 4.

V T R

Vtriculos in farina uidetur Plinius accipere lib. 18. quos Galli Cisalpini redundaginem in Venecia prouincia, plæricq; Subuentres uocant.

Vtriculus, id est, uulua. Item,

Vtriculus, uocatur id quod furfure melius est, & similia deterius.

¶ V V

Vua, morbus quem Græci σαφυλήν uocāt, inflammatio est eius partis, quæ in ore columella dicitur, & σαφυλοφόρος Aristoteli, distẽditur hæc, & luteo colore subrubescit, acino persimilis. Curatio eius est apud Paulum lib. 5. cap. 19.

Vua passa, græce σαφίς, & ἀσαφίς ἡμερῶν, id est, satiura dicitur.

Vua Theriace uocata est quædam, quod contra morsum omnium bestiarum proficiat: cuius rationẽ ferendi Palladius instituit.

Vua Aminga quæ sit, lege Plin. li. 28. ca. 10.

Vua fabrilis, uua fumi uapore siccata.

Vuæ occidentales, Zizice, Sclauæ, idem.

Vuæ siccae orientales, id est, Passulæ.

Vuæ Sclauæ, id est, passulæ.

Vuæ Zizicæ, id est, passulæ.

Vua in speciē. Apes dicuntur facere ostenta glomerata in figurā botryonis, siue uue pedibus per mutua nexis. Iuuenalis. Examencq; apum longo cōfederit uua Culmine delubri. Vergilius. Vuam demittere ramis. Colum. lib. 9. cap. 9.

Vua ollares. Scriptores Vuas ollares uocant, quæ in ollis fictilibus condite perennant, & sunt durabiles. Hinc illud Horat. Venūcula cōuenit ollis. De ollarib. Vuis ait Papinius in Endecasyllabo. Ollares rogo non licebat uuas. Quidam creta figulina uuas illinunt, siccatasq; sole suspēdunt, in usu diluentes cretam. Liguria uuas sole siccatas iunceis fulcris inuoluūt, aut ipsius uitis, aut fici. Ollares Vua, hoc est, in ollis seruata, os, stomachumq; & auiditatē excitant: paulo tamen gratiores existimantur fieri uinaciorū halitu. Galenus eas celebrat, putatq; saluberrimas. Docet suo in loco Columella, quemadmodum ollæ fictiles parandæ sint, quibus uua condite seruentur. Colum. lib. 12. cap. 43.

Vuea, tertia oculorum membrana.

## V V L

Vulcanalia, dies feriatu, Vulcano dicatus dicitur. M. Varro. Vulcanalia a Vulcano: q̄ ei tum feriæ, & q̄ eo die populus per se ignem annalem mittit. Plinius. Vulcanalibus lucubrare incipiebat studendi causa. Columella lib. 11. cap. 3.

Vulgares morbi sunt, qui secundū quædam tempora, eodem in loco plurimos mortalium inuadunt.

Vulpis, et quadrupes bestia et piscis genus. Plinius lib. 9. cap. 43.

Vultures, notæ aues, cadauerū sectatores. Plin. lib. 10. cap. 6.

Vulua, seu Matrix, extrinsecus neruosa, intrinsecus autem carnosior, & est receptaculum foetus.

Vuluam Græci nunc mitram dicunt, nunc *ύστέρα*. Describitur a Galeno *αγγειου κνπηριου*, id est, uas foetum conseruans. Ad summam exactius scrutati, utrū uuluam, aut uterum appellemus eam partem, quæ mulieribus ad pariendum natura data est: rursus, utrum numero plurali uuluas, aut uteros: an singulari uuluam, aut uterū nominemus: sic de nominibus rixari præter ea quæ dicta sunt, Galenus pronunciat esse stultum, de locis affectis lib. 6. cap. 5.

Vulpina affectio, græce *αλωπεκίασις*.

Vulturni, uenti orientales.

Vuluulosa stomachi affectiones sunt, subuersiones eius fortes & uehementiores. Sic Aecius appellat serm. 9. cap. 10.

## V V Z

Vzi, Zinober.

## X A L

**X** *άλασις*, laxatio, sanationis genus, apud Paulum lib. 1. in cura defatigatiōis, qua tētio sentitur.

Xanthion, Lappa inuersa. Dio. li. 4. ca. 139.

Xanthium, Lappa, apud Aeciū ser. 11. ca. 5.

Xanthophanes, Sideritis. Dio. li. 4. cap. 36.

## X E N

Xenocrates, & ipse non mediocri studio in re medica exercitatus. De Theriacis scripsit nonnulla, & simile quoddam Andromacho præparauit antidotum. Galen. lib. de Theriaca ad Pisonem.

Xenophilus Medicus, citatur ab Orisasio, deinde ab Aecio serm. 11. cap. 12.

## X E R

Xerampinus color. Lege, Ruber.

Xerantes, i. Mandragora. Dio. li. 4. c. 79.

Xeris, idem quod Iris syluestris, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 25.

*ξηροφθαλμία*, genus aridæ lippitudinis, ubi nec tument, nec fluunt oculi, sed rubent tantū, & cū dolore quodam gestiūt, & noctu prægraui pituita inarescūt. Celsus lib. 6. ca. 6. Signa eius infirmitatis sunt. Rubēt cilia: nitrosæ, falsæq; lachrymæ distillant ex ipsis angulis oculorū, ac ueluti ulcera fiūt.

*ξηροτριβία*, frictio sicca, quæ fit extra balneū, calidis fomentis & puluere. Gal. 4. Meth.

*ξηραντικά* exiccātia, uel medicie exiccātes.

*ξηραίνντα*, sicca, & siccantia.

## X E S

*ξέσματα*, ramēta. *ξέσματα κολοκυντίδος*.

## X I P H

Xiphias, piscis nomē, qui alio nomine Gladiolus, duo, ut inquit Aristoteles, habens rostra, sed dentibus carens.

Xiphidion, Sparganion. Diosc. li. 4. ca. 24.

Xiphondes. Vide, Chondros.

## X Y L

Xyloaloe. Lege, *αγάλλοχου*.

Xylobalsamum, id est, Balsami lignū, cuius precium lege apud Plinium lib. 12. cap. 25.

Dioscor. lib. 1. dictione, Xylobalsamon.

*ξυλοκινναμώνου*. Lege, *ψευδοκινναμώνου*.